



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei**

**Murner, Thomas**

**Lucernae, 1528**

**VD16 M 7034**

Oecolampadivs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29525**

## CONCLVSIO SECVNDĀ.

& erunt dñō offerentes sacrificia in iustitia. Et placebit dñō sacrificiū Iuda, & Iherusalem sicut dies seculi, & sicut anni antiqui. Hic clarū est & lucidū Christū in nouo testamento sacerdotes purgasse ut offerant. Quare ecclesia ex spiritu sancto edicta aliqua horae uerborū in canonem immisicuit.

### OĒ C O L A M P A D I V S.

**T**RIA quæsiui a D. Eckio, primū nondū mihi admisit, totam scilicet Christianā cōmunitatē talem oblationē face re, fortasse post non negaturus. Namq; bonæ sum sp̄ei cōmu nes bonos probos Christianos propter eorū fidem & donatā dominicā passionis memoriam, huius rei caussa non leuiores reputari, excepto tamen ordine in ceremoniarū porrectiōe, quod non cuiq; incumbit ad Galat. v. sed uos omnes unū estis in Christo Ihesu, quare in tam sublimi dignitate, nō inuenio alios quosq; Christianos excludendos, hæc iam demitto. Respondit tamen sacerdotū esse munus, sed adhuc nō probauit literis nouæ legis, in qua hoc sacrificiū institutū esse dicit, sed probare tentauit ex propheta Malachia, sed suæ caussæ non deseruit. Iuxtaq; Christum recognouit ut supremū offerendi magistrū, quod uerbū neq; ego sufficiēter intellexi, si de unicoloquatur sacrificio, semel in cruce perfecto, aut certe si uel Christus q[uod] die adhuc se met offerat, sacerdotū ratiōe causam offedit impossibilem. Omnis em sacrificans altior est & sublimior, illo quod ab eo offeret, nunc si corpus & sanguinē Christi offerrent, sublimiores reputarent̄ oblationis caussa, quā corpus & sanguis Christi, quæ utiq; a deitate non sunt segregata, quod nimiū esset etiam cogitare. Quod uero ait hoc fieri in representando, hoc nihil aliud esset quā rememorari, in quo (credo) nemo sibi aduersabit, hic namq; propter uerba congregati non sumus. At eiusmodi rememoratio eā uim non habet, ut uiuis mortuisc̄ pro sit, quum illa per Christum sint cōplera & expedita. Ultra dictū Malachiæ pro me est recte uisum intellectumq;. In fine namq; ut inducit, sicut dies

T

## COLLATIO XXXIII.

seculi & anni antiqui. Hæc uerba tñm important, quod Aeronicū sacerdotiū & legale sacrificiū finē sunt habitura, & sacerdotiū Melchiçedeq; quod multo est antiquius, iterū incipi de beat, & firmari debet fœdus Leui, hic necesse erit cognoscere fœdus Leui, & qui ueris sint filij Leui, sicut clare in ij. ga. ante hac ostenditur, ubi de ceremonijs deus loquit̄, dicens. Ecce ego projiciā uobis brachiū, & dispergā super uultū uestrum stercus solemnitatū uestrarū, & assūmet uos secum. Et scietis quia m̄si ad uos mandatū istud, ut esset pactū meū cum Leui, dicit dñs exercituū. Pactum meum fuit cum eo uitæ & pacis, & dedi ei timorem & timuit me, & a facie nominis mei pauεbat. Lex ueritatis fuit in ore eius, & iniq̄uitas non est inuenta in labijs eius, in pace & æquitate ambulauit mecum, & multos auertit ab iniq̄uitate. Labia enim sacerdotis custodiunt scieniam, & legem requirent ex ore eius. Hic reperimus sacerdotes coram deo, de quo postea dicetur secundū doctoris Eckij inductionē, quod oblaturi sint sacrificia, in iustitia non esse cōmunem turmam iam nominatorū sacerdotū, quorū aliqui non multum diuinæ legis obliti sunt, exteriori unctione contenti, & uestibus ac aliquibus præculis, quæ om̄ia apud prophetam, ubi deest scientia Dei, stercus nominat̄. Quare hic necesse erit clarius sacrificiū inducere, & speciale sacerdotium iuxta hoc, nam hæc scriptura omnibus Christofidelibus dicta est, sicut accip̄t potest ex prima epistola Petri, quæ proculdubio omnibus Christofidelibus scripta est, & Christiani eo loco nominantur electū genus, & regale sacerdotiū gens sancta &c. Ultimo ratione supremi magistri offerēdi scilicet Christi. Respondeo sicut Paulus ad Hebr. viij. Si adhuc super terram esset, net ipse sacerdos esset. Etsicut ix. cap. habetur, nulla eget representatione, dicit met eum cœlum ingressum, quod ibi appareat conspectui Dei pro nobis, sicut & in epistola Iohan. ij. dicit, noster est adiuvatus. In summa dictū per dñm Berchtoldū inductū firmū statatq; immotum.

D. Eckius